

1. De Assentationibus Nigrum. P. A. Leyser. R. A. de Drandorf.
2. De Juris Romani et Germanici Differentiis. P. J. P. Ludwig.
R. F. Lognicht.
3. De pignore conventionali facito. I. N. Hertig. R. H. Antonig.
4. De Injuriis. P. J. Mehlbaum R. J. Parthesig. de Merthgen.
5. De Jure Retractus. P. J. W. Dechman. C. C. Leysser.
6. De actionibus feudalnomine competentibus. P. J. Antonig.
R. C. Pfeiffer.
7. Jurisprudentia Justiniana Solresplendescens. Autore.
H. P. Haberkornio.
8. De Exceptionibus in genere et summatione potissimum
vero de variis dilatoriarum et peremptoriarum speciebus.
P. J. Lotichig. R. F. V. Wisef.
9. De Pignorationibus. R. C. Mandig.
10. De Renovatione investiturae feudalis. P. C. Kiegler.
R. J. A. Schreckenfruchs.
11. De eo, qui est sine domicilio secus L. 27. §. 2. ad municip.
P. C. Thomafius. R. J. C. Pfeiffer.
12. De Arbitro compromissario et Judiciis arbitrariis. Pr.
J. Negerg. R. J. A. Luttitz.
13. De Fideicommissis familiae. P. J. Rinckig. R. Chastfartbon
von Ekinstein.
14. Juris controversi Theoretico practici Decas. P. Lud. Menckenig.
R. J. L. Mencke.
15. De jure possessionis. P. A. Liebzig. R. J. Wraeshof.
16. De codicillis. P. Seifler. R. F. V. Wisef.
17. De restitutione alieni injuste ablatis. P. T. W. Martini.
R. H. Pringalt.
18. De Legitimatione. P. F. Seifler. R. J. von Dale. (etia Tomiz. P. 77)
19. De Incediorum Jure. P. M. Z. Cramer. P. H. ab Horn.
20. De actione in factum pro refinenda possessione praesentia
nea competente. P. J. Bornig. H. S. Beckerg.

~~30~~ 29.

D. O. M. A.

Authoritate & Decreto Amplissimi
Ordinis Juris Consultorum in
Incluta Noribergensium
Universitate

THESES HASCE

De

COLLATIONE
BONORVM

pro DOCTORATUS gradu in
Utroque Jure conse-
quendo

Publicè disutiendas
proponit

GEORG-CHRISTOPHORUS WALTHER,
NORIBERGENSIS.

ad d. Junij

ANNO CHRISTI
cIo CLII.

ALTDORPHI
LITERIS HAGENIANIS,



VIRIS
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,
AMPLISSIMIS, AC PRUDEN-
TISSIMIS

DOMINIS
COSS. ET SENATORIBUS INCLY-
TÆ REIPUBLICÆ NORIBER-
GENSIS

PATRIBUS PATRIÆ, DOMINIS AC
PATRONIS SUIS PERPETUO
COLENDIS,

Disputationem hanc inau-
guralem

Reverenter inscribit

AUCTOR.





I. N. D. N. F. C.

DISPUTATIONIS INAUGURALIS

DE

COLLATIONE BONORUM

THESIS I.



Um cujusque rei tractatio à definitione inchoanda, teste Aristot. 2. post. Analyt. 14. circa f. ipsiq; hunc ferè morem imitati fiat, l. juri. 1. in pr. ff. de I. & I. l. depositum. 1. in pr. ff. depos. l. sponsa. lia. 1. ff. de spons. l. tutela. 1. ff. de Tutel. Mihi quoq; presentis materiei ἀξιωματικῶν ἀνομιῶν καὶ λόγων sic exordiri placuit.

II.

Nomen igitur Collationis, à verbo conferre derivatum, quod idem est ac contribuere, in commune conferre, l. si laborante, 2. §. cum, 2. junct. l. amisse, 5. ff. ad L. Rhod. de jact. cum bonis aliis confundere, l. si soror, 8. C. de collat. in unum locum è diversis congerere, Gallicè mettre en un, Petr. Greg. Thols. in syntagm. Jur. Univers. lib. 46. cap. 8. n. 2. πλῆθος est, & æquivocum Joann. Saport. cap. 1. n. 4. de Collat. & modò sumitur pro contributione alicujus pecuniæ ad opus publicum, modò pro literarum comparatione, modò pro assignatione beneficii Ecclesiastici vacantis &c. Perez. in suis Pralect.

A 2

ad

ad Cod. in pr. de Collat. hic verò est & definitur Collatio;
rei propriæ in communem hereditatem contributio;
ut æqualiter servata bona hereditaria pro virilibus por-
tionibus dividantur..

I I I

Dico rei propriæ; quia aliena non conferuntur,
quamvis sint penes conferentem, sed propria, l. hic ti-
tulus. 1. in f. pr. ff. de coll. l. cum emancipati. 2. §. illud. 1. ff.
eod. l. prætor. 3. §. emancipati. 3. ff. eod. & ideo fit deductio
æris alieni à bonis conferentium. d. §. illud. 1. & l. ea de-
mum 6. C. eod. cum bona etiam tantum dicantur, dedu-
cto ære alieno, l. sub signatum. 39. §. bona. 1. ff. de V. S. Tholos.
all. loc. n. 5, Riminald. ad l. si emancipati 9, C. de collat. n. 243.

I V

His positis, finis hujus materiæ ante omnia inda-
gandus; nam hoc ipsum in quo vis doctrinarum gene-
rereceptum est, ut in finem cujusque materiæ questio
prima dirigatur, Wesf. w. n. 1. ff. de I & I. qui hic duplex
est, Communis & Proprius; Ille tam veteri quam no-
vo Jure est Æquitas. Duar. c. 1. de collat. Jure enim ve-
teri omne studium Prætoris ad æquitatem spectat, l.
æquissimum. 1. ff. de eo per quem fact. erit. Et l. hic titulus.
1. ff. de coll. Jure verò novo cum omnes & singulæ leges
certâ quadam æquitate constant l. si duo. 13. Marcellus.
5. ff. de Jurei. Æquitas autem hic intelligitur non ea quæ
legibus inexpressa & incognita, sed quæ scripta & in-
LL. relata. d. l. 1. ff. h. t. Hic pro diversitate Juris varia-
bilis est, Sichard. ad Rubr. n. 6. C. de collat. Finis enim pro-
prius ex Jure veteri est compensatio incommodi suis ab
Emancipatis succedentibus dati, d. l. 1. in pr. ff. h. t. junct.
§. totiens. 5. ff. eod. Saport. c. 2. de collat. dico incommodi:
quo-

quotiens enim sui nullo incommodo Emancipati interuentu afficiuntur, totiens cessat collatio, *ut inf. ch. 8. audiemus. Vita c. 1. n. 10, de collat.* Ex Jure vero novo Proprius collationis finis est studium Æqualitatis. *Dec. ad Rubr. n. 1. C. de collat.* quod studium æqualitatis propulsavit omnem injuriam, quam suis inferebant Emancipati,

V.

Nam olim emancipati omnia sibi acquirebant, & concessa bonorū poss. cont. tabb. cum suis cōcurrebant æqualiter, participantes cum ijs bona paterna & per. liberos in potestate quaesita, quæ patri Jure potestatis cedebant. Unde nascebatur injuria, emancipatis sibi quaesita servantibus, & cum fratribus in communia bona patris succedentibus: quæ iniquitas & injuria tam in filijs quàm nepotibus fuisset manifesta, nisi Prætor. onus collationis emancipatis omnibus injunxisset, cavissetq; ut ipsi bona sua in commune conferrent, perinde dividenda, atq; si per eos communi patri acquisita fuissent, *l. hic titulus. 1. & seq. ff. de collat.*

V I.

Quod de emancipato dictum, idem locum habet in eo, qui Anastasiana emancipatione sui Juris factus est, nam & eo succedente collatio facienda est. *l. liberos. 18. C. de collat.* (Idem ergo in eo, qui Justinianea emancipatione factus est sui Juris) ut cunq; ei in emancipatione legitima Jura sint reservata. *l. si ab. 11. C. de legit. hered.* Et quamvis emancipatus se in arrogationem dederit aut in potestate existens sit in adoptionem datus; tamen si succedere vult, conferre debet is, qui eum in potestate habet, *l. emancipato. 4. ff. de conj. cum emancip. lib. l. 1. §. is quog. 14. l. s. si quis ff. de coll.*

V I I.

V I I.

Avus, qui filio emancipato nepotes ex eo retinuit in potestate, cogitur sua bona conferre nepotibus ex filio post emancipationem natis, si vult ejus bona acquirere per nepotes in potestate retentos, *l. 4. & 5. pr. ff. cod.* Posthumus quoq; ex emancipato natus, post avi mortem editus, si vult succedere, confert bona sua quæ à parente suo accepit, *l. cum emancipati. 2. pr. ff. cod.*

V I I I.

Et emancipatus, qui ab hostibus vivo patre captus est post mortem patris rediit: idem de eo qui redemptus ab hostibus, redemptori suo adhuc de lytro tenetur quasi pignoris jure, *l. si patre. 15. l. postliminium. 19. §. si is. 9. l. si quis. 21. ff. de captiv. & postl.* statuendum est, *l. 1. §. qui ab hostib. 17. ff. de coll.* Sed hinc quæritur, an is qui patriciat⁹ aut simili dignitate sui Juris factus est, & succedit defuncto patri, conferre debeat, aff. Dd. notante Boc, *cl. 3. D. 13. th. 3. lit. C.* negativa tamen verior est, quia hic succedit Jure legitimo, *Nov. 81. c. 2. Vit. al. de collat. quest. 21.* Est deniq; collationi locus, cum omnes liberi petierunt bon. poss. unde liberi. *l. filium. 20. §. videamus. 1. ff. de b. p. c. t.* itaq; etiam in successione intestati collatio locum habet. *l. filius. 6. ff. de collat.* plures modos v. ap. Major. in coll. Argent. tom. poster. sup. lib. 37. w. 2. c. de coll. bonor.

I X.

Econtra cessat collatio, quando emancipatus eum, qui in potestate remansit, nullo incommodo adfecit, *l. filiam. 20. §. videamus. 1. ibi: & hoc fit. ff. de b. p. c. t.* dein si parenti, qui collationem præcepit succedatur ex testamento, licet emancipatus eo aliud acceperit, *l. 1. §. vel*

vel maximè. 6. cum seq. ff. de coll. & in potestate retent^o. quod
exheredatus esset inofficiosi querela testamentum re-
scindat. l. Pater. 6. cum seq. ff. de dor. collat. At ex Nov. 18. c. 6.
collatio fieri debet, q̄vis parenti ex testamento succe-
datur, nisi pater expressè collationem prohibuerit.
V. Grass. 2. recept. sent. § collat. qu. 3.

X.

Cum alio Jure emancipatus veniat ad successio-
nem, alio Jure is qui in potestate retentus est, d. l. 6. &
7. ff. de dor. collat. l. 20. pr. §. 1. deb. p. c. t. inter eos enim
dabitur collatio, quibus bonorum possessio cōtra tabb.
data est, d. l. 1. §. inter 1. ff. de collat. conferendum tamē
erit ei, qui in potestate remansit, si in potestate retent^o
eodem jure, quo emancipatus ad successionem per-
venire potuerit, all. l. 10. ff. de coll. Grassus verò 2. recept. sent.
§. collatio. q. 4. n. 6 tradit, hodiè collationem locum ha-
bere, quamvis is qui conferre debet, & is cui conferri
debet, diverso Jure succedant *per auth. ex testamento. l. b.
t. Giiken. ad d. auth.*

XI.

Cessat collatio etiam, si emancipatus tempore mor-
tis nihil in bonis habuerit. l. Paulus, 11. de coll. l. ea demum.
6. l. si donatione. 13. l. nec emancipati. 15. C. cod. V. Cujac. 3.
Obs. 34. ubi tradit, Momentum moriendi vitæ potius,
quàm morti, tribui; & si emancipatus respuerit succes-
sionem patris, l. ex causa. 25. C. famil. erisc. Item, cum
ascendentes succedunt, cessat collatio, Grass d. §. 9. 7.
Cessat quoq; inter extraneos alicui succedentes, l. f. C.
comm. utri. judic. & cum collaterales collateralib⁹ succe-
dunt Paul. Castr. Bal. & alij ad l. si emancipati. 9. de collat.
vel si filij succedunt cum extraneis, d. l. f. C. comm. utri-
usq; jud. Jas. in d. l. 9. n. 25. V. Tholos. all. loc. n. 24. In genere
sciendum, collationem cessare, quotiens lex non jubet

conferre, *l. illam. 19. ibi: eo quod nulla constitutio. C. de collat. Nov. 18. c. 5.*

X I I.

Sequuntur nunc personæ conferentes & non conferentes. Et emancipatum conferre debere certum est ex supra dicta ratione in *th. 5. positâ, & patet ex all. l. 6. & 9. de collat.* Avus etiam, qui nepotes in potestate retentos vult succedere emancipato, cū liberis qui in potestate emancipati fuerunt, conferre debet, *l. 4. ff. de conjung. cum emancip. lib.* Item nepotes, quos avus in potestate retinuit, cū patrem eorum emanciparet, & mortuo eorum patre emancipavit, ut ipsi parenti suo cū fratribus, qui in emancipati potestate fuerunt, succederent, *d. l. 1. §. 14. ff. de collat. l. si quis filium. 5. ff. eod. l. si pater filium. 6. ff. si tabb. testam. null. ext.* Quibus adjunguntur nepotes mortuo filio emancipato post emancipationem ex ipso nati in locum patris sui succedentes: *l. sinepotes. 7. ff. de collat.*

X I I I.

Conferre debet & is qui restituitur ad bonorum possessionem omissam petendam. *l. ad bonorum 2. C. si ut omiss. hered. vel bon. poss.* Unde colligi potest regula, quicumque ob emancipationem ad successionem non admittuntur, hi, si sublato emancipationis impedimento succedant, conferre debent ijs, quibus partem auferunt, nam qui nihil aufert, nihil confert.

X I V.

Exheredati, si in querela inofficiosi obtinuerunt, conferre necesse habent, *l. ut liberis. 17. C. de collat. l. si non mortis. 25. ff. de inoff. testam. l. pater. 6. ff. de dot. coll.* Imò sui quoque conferunt in specie *l. cum emancipati. 2. §. f. ff. de coll.* sed hoc modo, ut non conferant propria, sed heredita.

ditaria, quæ pendente cautione à debitoribus hereditariis exacta sunt. *Grassus* tradit suos conferre etiam. Jure Novissimo, 2. *recept. sent. §. collatio. q. 5. n. 3.* Verùm cum adventitium peculium non conferatur, ut infra dicam, profectitium autem peculium in hereditate contineatur, *l. filie. 12. C. de coll.* propriè conferri dici nequit; ne sui quidem propriè dici possunt conferre, quemadmodum nec propriè est collatio.

XV.

His subjungimus personas quibus conferri oportet. Et primò quidem solis suis in potestate retentis *l. hic titul. 1. pr. ff. de collat. l. pretor. 3. §. Julianus, cum seq. ff. eod. l. posthum. 11. C. eod. si modò & ipsis b. p. c. t. data fuerit, d. l. 1. §. inter eos. 1. ff. d. t. aut dari potuerit, utcuq; ex testamento adierint aut potius se immiscuerint *l. si filius. 10. ff. d. t. l. si duobus. 14. pr. & l. filium. 20. §. videamus. 1. ff. de b. p. c. t.* quod tamen non est ex edicto sed ex æquo & bono sive ex interpretatione. *d. l. si filius. 10. ff. de coll. modò injuriam per bonorum possessionem contra tabb. ab emancipato petitam patiatur.**

XVI.

Deinde si in potestate retentus b. p. c. t. petierit & decesserit, & antequam conferretur, heredi quoq; ejus conferri oportet, *l. 1. §. ibidem. 8. ff. d. t.*

XVII.

Tertiò, emancipatus filius si quidem nepotes in potestate avi non habeat, fratribus suis conferret: sed si sint nepotes, ex ipso scilicet suscepti, & in potestate avi retenti, illis solis conferret, ut quibus solis injuriam facit *l. si quis ex his. 1. §. emancipatus. 13. ff. de conj. cum emanc. lib. quò facit etiam l. si quis ex. 5. in f. pr. ff. si tabb. test. null. ext. l. si filia. 3. ff. de coll. dot.*

B

XVIII.

XVII.

Quarto: si sit primus filius emancipatus, secundus in potestate retentus & tertius emancipatus, ex quo sint nepotes in potestate avi: Primus conferet, & secundo in potestate retento, & nepotibus ex tertio natis in potestate retentis, *all. l. si quis 1. §. nunc. 14. vers. nam. et si alius. ff. de conjung. cum em. lib. tertius verò conferet solis liberis suis.*

XIX.

V. Si emancipatus sit filius & nepos ex ipso ac pronepos ex alio nepote, qui ex ipso emancipato natus in potestate avi permansit & mortuus est: tunc nepoti & pronepoti in potestate avi retentis, hoc est, filio & nepoti suo conferet emancipatus, *all. l. 1. §. eveniet. 15. ff. de conj. cum emanc. lib.*

XX.

VI. Si quis retinuerit filium in potestate & nepotem ex alio filio emancipato; & emancipatus susceperit denuò filium, quem avus in locum filii adoptaverit; mortuo avo, filius emancipatus soli filio suo quem avus in potestate retinuit, conferet, *l. prator. 3. §. f. ff. de coll. l. cum emancipatus. 13. §. ult. ff. de b. p. c. 1. & VII.* si sit superstes nepos, & ex alio nepote superstitis fratre, pronepos emancipatus, sit etiam filius ex quo nepos & pronepos nati non sint; tunc pronepos soli nepoti confert, non etiam patruo magno. *d. l. 1. §. f. ff. de conj. cum emanc. lib. Cujac. 3. obs. 29.*

XXI.

IIIX. Si sit nepos superstes, & ex alio nepote defuncto duo pronepotes, & horum alter sit emancipatus; emancipatus hic pronepos soli fratri suo, pronepoti

poti scil. in potestate retento, conferet, *d. l. 1. §. f. IX.*
 Si sit filius superstes, & defuncto, duo nepotes, & horū
 alter sit emancipatus; emancipatus soli fratri suo, non
 etiam patruo conferet. X. Si sit filius superstes & ex a-
 lio nepos emancipatus, tūm is patruo conferet, *arg. l.*
quamquā 1. §. sed si sit 3. ff. de dot. coll. XI. Si sit filius super-
 stes & ex secundo mortuo, nepos, tūm ex tertio
 filio nepos emancipatus conferet & patruo & patrueli,
arg. d. §. sed si sit 3. ff. d. t. XII. Si sint duo nepotes ex di-
 versis filiis, emancipatus alteri conferet, *arg. d. l. §. sed*
& si, 4. ff. d. t. & tandem si sint ex filio in potestate retē-
 to mortuo, nepotes in potestate retenti, filius emanci-
 patus, id est, patruus conferet nepotibus illis. *l. si nepo-*
tes. 7. ff. de collat.

X X I I.

Haftenus quibus conferetur, nunc paucis quibus
 non conferetur. Non conferetur igitur emancipatis *l. se-*
mancipati. 9. C. de collat. & heredi sui heredis, si hic ante
 acceptam b. p. c. t. mortuus sit *l. hic titulus. 1. §. ibidem*
8. vers. quod si ante. ff. de collat. exheredato, *l. filium. 20. §.*
videamus. 1. ff. de b. p. c. t. ei qui adhuc in utero est; sed
 postea nato conferetur, *l. f. ff. de collat.* q. etiam de eo di-
 cendum, qui omisit b. p. c. t. *arg. l. 1. §. Inter. 1. §. plane. 2.*
§. ibidem. 8. ff. de collat. Non conferetur etiam fratri, neq;
 nepoti filio suo, quem ex emancipato natum avus in
 locum filii adoptavit; cūm præter alium filium in
 potestate retentum, etiam nepotem ex eodem filio
 prius natum in potestate retinisset; si is & filius in po-
 testate retentus adhuc vivant, *l. prator. 3. §. f. ff. de collat. l.*
cum emancipatus. 13. §. f. ff. de b. p. c. t. tūm enim confer-
 tur soli nepoti in potestate nato & retento. In genere
 sciendum, quibus emancipatus non facit injuriam, ijs

quoq; non confert, siue cui nihil aufertur ei nihil confertur; ut supra quoque *th. 3. attigi.*

X X I I I.

Progrediendum nunc est ad bona quæ in collationem veniunt, quæ non. Et emancipatus filius conferre debet omnia bona propria, ante mortem patris quæ sita, *l. ea demum. 6. l. si donatione. l. nec emancipati. 15. C. de collat.* quæq; Jure potestatis ad eum pertinere potuissent cui succeditur. *l. cum emancipati. 2. §. si duo. 7. ff. l. fin. C. eod.* siue in corporibus consistant, si in nominibus puris, vel conditionibus, & actionibus rei persecutoris, non vindictæ. Ut & fructus & usuras si moram collationi fecerit, *l. filius. 5. §. filia. 1. ff. de dot. collat.* Hic oritur quæstio, num si pater quandam pecuniam tradidit filio, ex qua filius alias lucratus est negotiando, lucrū illud ex pecunia conferendum sit? *Et gl. juncto tx. in l. cum oportet. 6. C. de bon. qua lib.* per illum tx. illud tanquam ex substantia patris quæsitum & profectitium existimat, ut & ea quæ contemplatione patris filio advennerunt. Atq; id ipsum in usuris quæsitis ex pecuniis patris obtinere, quas censet ex re patris venientes, facit. *§. igitur liberi. 1. §. per quas pers. cuiq; acq. l. Ballista. 32. ff. ad SC. Trebell. l. in fideicommissi. 3. §. nonnunquam 2. ff. de usur. l. ex re. 31. ff. de usufr.* Et ejus sententiæ est *Bartol. in d. l. cum oportet. 6. C. de bon. qua lib. & in l. hic titulus. 1. §. nec castrense. 15. ff. de collat.* Sed idem *Br. in tr. d. duo. frat. & in l. illud. 20. C. de coll.* perpendit morem regionis; *V. Grass. ibiq; alleg. quæst. 8. n. 4. Gomez. ad l. 29. Tauri. n. 24.* ut si filius negotiatus fuerit in pecunia patris, & industria ejus lucrum inde factum sit: is partem accipiat, quam accepturus fuisset ex more regionis institor, tanquam adventitiam, perpenſa industria filii, num ea sit digna tāto

to lucro. Et hanc certæ æquitati convenientem opini-
onē reor, si agamus de emancipato accipiente pecuniā
profectitiā. In suo v, qui tenetur operari patri, subsisto,
nec arbitror veram, ad stipularerq; lubens Baldo in
auth. ex testamento. C. de Coll. qui reprehendit in prædicta
opinionē Bartolum. Quod si non constat pecunias in
quibus filius negotiatus est & lucrum fecit, fuisse pa-
ternas vel profecticias, sequenda est *gl. ad d. l. cum o-*
portet. 6. ad verb. ex ejus substantia in f. C. de bon. qua lib.

X X I V.

Uterius hic dico, foenebrem pecuniā quæ sitam
contra prohibitionem usurarum per filium nomine
suo, quæ turpe est illius lucrum, non venire in collati-
onē, etiam si tunc fuerit in sacris patris *juxta l. cum duobus.*
5 2. §. idem Papinianus. 8. ff. pro soc. l. quod servus, 24. ff. de
acquir. vel mitti poss. Si tamen usuras nomine patris exer-
cuerit, adquiret patri, non tanquam filius, sed tanquā
negotiorum gestor. *l. qui proprio, 46. §. item queritur. 3.*
ff. de procur.

X X V.

Conferuntur etiam solū bona profectitia *l. ut li-*
beris. 17. C. de coll. junct. l. ult. C. eod. Profectitia bona ea
accipimus, quæ vel à patre, vel patris intuitu ab alijs;
vel deniq; ab ascendētib; materni generis ad libe-
ros pervenerunt, *d. l. ut liberis. 17. Cyn. ibid. n. 6. Dec. n.*
20. P. Greg. all. loc. n. 11. adde Valasc. in prax. partit. & coll. c.
13. et q; pro subjecta collationis materia in duplici ferè
differentia, Nam alia verè profectitia, alia quasi pro-
fectitia vocari possunt. Verè profectitia sunt, quæ libe-
ri à patre, vel patris intuitu ab alijs consequuntur, all.
l. 17. quasi profectitia, quæ à matre vel cognatis ac as-
cendētib; materni generis quorum de successione
agi-

agitur, liberis obvenerunt, *d. l. ut liberis, 17.* quorumq; circa jus collationis separata est & causa & ratio. Quasi enim profectitia sine ullo dubio rectè conferri dicuntur *d. l. ut liberis, 17. junct. l. illam, 19. C. eod. Bart ibid. n. 5.* Verè profectitia etiam rectè dicuntur in collationem venire, sed aliqua tantùm non omnia. De quibus *V. Brunn. tr. de coll. bonor. c. 4. n. 636. & seqq.*

X X V I.

De rebus in collationem venientibus generalis est regula in *l. illud, 20. C. de collat.* Nimirum ea conferenda esse, quæ imputantur in legitimam; quæ regula nõ sic accipi debet, quod uno eodemq; casu imputentur in legitimam & conferantur. Nam hæc fiunt in diverso genere successionis; imputatio quidem in legitimam, cum ex testamento succeditur, ut hoc per eam sustinetur, cessante querela inofficiosi testamenti; collatio verò cum ab intestato succeditur. Sed ita accipienda est, quod quæ condito testamento ad illud sustinendũ imputantur in legitimam eadem quoq; conferantur, ubi collationi locus. At nec sic intellecta hæc regula vera est perpetuò: relictum enim à patre liberis constat in legitimam imputari, non conferri tamen probat *d. l. illud, 20.* cum primùm morte patris acquiratur. Cõmunis solutio est, ut illa quæ vivo patre donata sunt, conferantur, non item ea, quæ in ultima voluntate: ex his enim quædam non conferri constat, quæ tamen imputationi subjiciuntur. Quæ omnia procedunt si ex substantia defuncti fluxerint, non si aliunde manarint, *l. scimus, 36. §. Cum a, 1. C. de inoff. testam.* ubi ea sola, quæ ex substantia defuncti migrarunt, legitimam implent, alia autè velut adventitia, nec imputationi, nec col-

collationi subjiciuntur, *l. f. C. de collat.*, quamvis iudicio defuncti acquirantur.

XXVII,

Ceterum ut in legitimam imputari placuit dotem & donationem propter nuptias. *l. 29. quomā. C. d. t. de in-off testam.* ita etiam eandem dotem donationemq; conferri Justiniano visum est in *l. pen. §. 1. C. de collat.* In cuius tamen collatione quaedam sunt singularia. Dos enim est vel tantum promissa, vel data: si promissa tantum, confertur per cautionem defensionis sive liberationis, hoc est, filia cavet fratribus, cum quibus succedit, eos defensum iri adversus maritum, cui dotis exactio competit. *l. quamquam. 1. §. si in. 1. §. si sub. 7. cum seq. ff. de dot. coll. l. si pater. 2. C. de collat.* Si verò data fuerit, confertur re, id est, dos confunditur cum bonis paternis, ita ut ejus partē fratres accipiant, *l. si soror. 7. C. eod. si scil. filia jam dotem exegerit facto puta divortio. aut mortuo marito: d. l. quamquam. 1. §. quod si. 6. ff. de dot. coll.* Quod si nondum sit solutum matrimoniū, dosq; apud maritum sit, confertur remissione, id est, filia (cum, nō possit constante matrimonio dotem, quæ apud maritum est, exigere) tantam partem ex portione bonorū paternorum sibi competente fratribus suis remittet, quantam ex dote fratres remittere deberent. *l. dotis. 5. C. de coll.* Et hoc ita procedit si dos data extet; nam si perierit, non est conferenda, si nulla arguatur mulieris culpa. *l. 1. §. confertur. 23. ff. de collat.* Si verò mulieris culpa argui possit, ut quæ marito ad inopiam vergente, dotem, ut potuit, non exegit, ipsi ea res oberit, nec ab ea conferenda liberabitur, nisi sit minor 25. ann. quia minori ætati parcitur, *auth. quod locum, C. de coll.*

XXVII,

XXVII.

Quid dicendum de sumptibus in filia elocanda factis, an collationi subiaceant? Et distinguendum videtur, eos non conferri qui facti sunt in convivio nuptiali; cui nihil obstat, quod nuptiarum causa videantur facti: nam hoc spectat ad honorem patris qui eos fecit, ut videatur non habere animum onerandi filiam eorum collatione. *Bald. ad auth. ex testamento. C. de collat. n. 12. Klock. consil. 115. n. 24. tom 3.* Si verò post mortem patris facti fuerint, conferendi erunt. *Pistor consil. 52. n. 62. vol. 2. Finckelthaus Observ. 66. Valasc. in praxi partit. & coll. 13. n. 52. Peregrin. consil. 92. n. 3. lib. 3. & consil. 89. n. 11. lib. 3.* Quod etiam dicendum est de sumptibus in vestimentis pretiosis aliisque ornamentis sponsæ, quæ Dd. jocalia vocant, sub quibus & comprehenduntur, dicitur *Brautwägen oder Brautlisten. Cothm. consil. 3. n. 42. Prucman consil. 34. n. 48.* & quæ ad augendam rei familiaris gratia liberis subministrata sunt *hülff vrd hauffstewer so ein Vatter seinem Kinde thut. Carpzov. 3. p. Juriss. sua const. 11. def. 15. & 16. Lipsens. decis. 476. & 735. vol. 2. Pfeil. consil. 131 Geil. 2. Obs. 91. n. 5.* quæ cum dotis sint accessoria, merito etiam doti imputantur, & per consequens in collationem veniunt.

XXIX.

Redeo ad dotis collationem, in qua duo singulatia sunt notanda. Primum est, quod nullo adhibito discrimine neque sexus, neque ejus, qui conferat, aut cui conferatur, collatio dotis & donationis propter nuptias fiat, in successione ejus parentis à quo dos vel donatio est profecta, ex Leonis constitutione, *l. ut liberis. 17. C. de collat.* quam Justinianus etiam intelligit in materna aut avi materni successione, ut ab eis profecta dos & dona-

donatio propter nuptias quasi profectitia conferatur,
d. l. illud. 20. §. adhac. 1. C. d. t. quamvis alibi dos profecti-
tia non dicatur, nisi quæ provenit à patre aut avo pa-
terno; adventitia, quæ à quovis alio data, *l. profectitia,*
s. ff. de J. dotium. V. supr. tb. 25. Hinc servanda Gordianæ
constitutionis distinctio, quod dos profectitia conferri
debeat à filia, sive sui juris sit, sive in potestate existat,
tàm suis quam emancipatis fratribus: adventitia au-
tem tantum conferatur suis, non emancipatis. *l. filia. 4.*
C. de collat. Cui tamen derogat *Const. Justin. in l. f. C. d. t.*
quâ generaliter statuitur, ut adventitia non conferan-
tur. Postquam igitur sublata est differentia inter suos
& emancipatos, dos adventitia amplius non confer-
tur, sed duntaxat profectitia, quæ filia fratribus con-
ferre debet, in potestate existentibus, cum quibus &
simul succedet patri; nec immutabit jus succedendi,
quod in instrumento dotali pacta sit, se ad bona pater-
na non regressuram, quoniam huiusmodi pactum au-
thoritate Juris reprobatur, *l. pactum. 3. C. d. t. de Coll.* ex
hac ratione, quia successio Juris publici est; quæ verò
talìa sunt, privatorum pactis immutari non possunt,
l. jus publicum. 38. ff. de pact. Hocq; de J. Civ. procedit: ac
Canonico pactum filii vel filiæ paternæ hereditati re-
nunciantis, juramento confirmatur & servandum di-
citur in *c. quamvis. de pact. in 6.* quod & moribus rece-
ptum testatur *Casp. Ant. Thes. lib. 2. quest. forens. q. 99. Fa-*
chin. l. 2. contr. cap. ult.

X X X.

Deinde & illud novum est, quod Justinianus *d. l. il-*
lud. pen. §. adhac. 1. C. de collat. statuit, eo casu, quo ma-
tri aut avo materno succeditur, ut si unus ex liberis do-

C

tem

tem aut donationem propter nuptias acceperit, alter donationem tantum simplicem, non ea lege factam ut conferatur; placet tamen ne quid iniqui suboriat, ut utrimq; fiat collatio; id est, tam simplicis donationis quam dotis vel donationis propter nuptias, ut par sit liberorum causa: quod sane singulare est. Nam alios, qui matri, vel avo aut proavo materno succedunt, simplicem donationem, ab illa, vel ab illo acceptam, non conferunt, nisi donatio facta sit hoc pacto, ut res donatæ conferantur. Placuit etiã Justiniano, ut cum nepotes neptesve ex filia prædefuncta succedunt avo materno vel aviæ maternæ, conferant avunculo & matericæ dotem maternam, quam ipsa à suo patre acceperat, & si viveret, conferret; vicissim quoq; eis conferatur, quod matri fuisset conferendum. Similiter ut nepotes ex filio, donationem propter nuptias, quam pater eorum accepit ab avo, conferant patruo & amicis; & ipsis vicissim conferatur, cum aviæ paternæ succedendū est. *l. illum. 19. C. de collat.* Idq; olim fiebat cum diminutione tertiæ patris ejus portionis, quam pater aut mater superstes ex parentis successione retulisset. *§. item. vetustas. 15. §. de hered. ab intest.* hodiè verò in totam illam portionem succeditur absq; diminutione. *auth. que tertia. C. de collat.*

X X X I.

Cum dictum sit donationem simplicem à matre factam non conferri, excepto casu *d. l. illud. pen* occurrit dubium: An ea conferatur, quæ à patre facta est filio in potestate? Et imprimis eam non conferri tenet communis opinio fundata in *l. filia. 18. C. famil. ercisc. ubi In pp.* Diocletianus & Maximianus rescripserunt, res filia nomine à patre comparatas præcipuas ei adjudi-

judicari. Accedit & illa ratio, quod non conferantur
ea, quæ post mortem patris quis consequitur, & quæ
sunt loco legati, cujusmodi est hæc donatio simplex,
quæ non ante firma est, quàm post mortem patris. *l.*
donationes. 25. C. de donat. inter vir. & ux. ut eo respectu
habere videatur vim relicti. l. à patre. 10. l. filiam. 16. C. de
collat. Don. 9. comm. 5. ibiq; Hellig. lit. F. & seq. Cothman. resp.
16. n. 136. vol. 4. Id quod satis etiam confirmatur *d. l. illud.*
pen. ubi Imp. Justin. duos tantum excipit casus, quibus
donatione simplicem vult conferri, si nimirum dona-
tor hanc legem dixerit, & si alter ex fratribus dotem vel
donationem propter nuptias teneatur conferre; quo-
niam h. c. pater præsumitur compensationis cujusdã
nice in filium, qui donationem propter nuptias vel
donationem simplicem non accepit, donationem sim-
plicem contulisse. Extra hos igitur casus donatio sim-
plex non confertur; quia res hoc modo & eo animo
donata, ut tota sit filii, cui donatur, planè separatur à
bonis patris sive donatoris; adeoq; alii fratres nihil ju-
ris in eam habere debent, ne pater quidem ipse, qui, uti
potuit, jam eam rem à se abdicavit, nec voluit conferri,
cùm judicium suum non mutaverit, d. l. filia. 18. C. fam.
ercisc. Aliud dicendum, si pater filio in potestate non
eo animo fundum donaverit, ut ejus fiat, sed sit ei qua-
si loco peculii, & tùm hæc donatio erit conferenda, ut
iidem Impp. rescripserunt, *in l. si donationem. 13. C. de col-*
lat. & quamvis ibi non fiat mentio peculii sive distincti-
onis de animo patris, tamen non est novum, ut una
lex ex altera interpretationem accipiat. Hujus au-
tem distinctionis ratio justa est, cur inquam, donatio
simplex, non facta eo animo, sed tanquam peculii loco,
sit conferenda, nimirum quia in donationibus patris

in liberos maximè ejus voluntas spectari solet, velic-
né eas conferri, aut non conferri, sed esse planè pro-
prias, Certum est autem quæ à patre data sunt filio in
peculium, esse conferenda, cum semper manserint in
bonis patris, ut frustra filius postulet ea sibi esse præci-
pua, cum non eo animo data sint, Præterea licet *d. l. si
donatio, 13.* non utatur verbo peculij, sed donationis, e-
justamen usus etiam est in donatione in peculium, ut
in plerisq; Juris locis animadvertimus, *l. per servum, 37.
§. si unus, 1. ff. de A. R. D. l. quod fructuarius, 49. ff. eod. l. do-
nationes, 31. §. species, 1. ff. de donationibus.* Ita *Duar. ad h. r.
c. 2. ex quo Gifan. ad d. l. si donatio, 13.* Aliter *Cujac. lib. 3.
obs. c. 30. & 9. c. 17.* accipit *d. l. 13.* de successione ab inte-
stato, ut ab intestato sui simplicem donationem conse-
rant, ut & in casu *d. l. pen. nisi facta sit*, ut præcipua ha-
beat: At *d. l. 18.* intelligit de successione ex testamē-
to, ut instituti præcipua retineant, ea videlicet, quæ
pater eorum nomine comparavit, modò in eadem vo-
luntate perseveravit. Quam distinctionem conciliati-
onemq; alij non probant, multò minus correctionem
Ant. Fabr. decad. 40. error. 1. qui in verbis à patre, legit,
à matre, rejiciunt quoq; negationem *Fachinai lib. 5. con-
trovers. c. 80.*

X X X I I

Sequuntur bona quæ non conferuntur. Et scien-
dum non conferri bona quæ in bonis emancipati mo-
riente patre non fuerunt, item æs alienum, quod jam
debetur, sive cujus dies cessit, *l. ea demum, 6. C. de collat.
l. cum emancipati, §. illud autem, 1. ff. eod.* ergò & quod in-
diem debetur, *d. §. 1. vers. sed si sub conditione, ff. eod.* neq;
ea quæ post mortem communis patris obvenerunt, *d. l.
si donatio, 13, & nec emancipati, 15. C. de collat.* nisi fructus
acqui-

acquisierit ex mora collationis. *l. filius. s. § filia. 1. ff. de dot. collat.* vel fingantur retrò esse quæsitæ *l. hic titulus. 1. §. si is. 22. ff. de collat.* Non confertur etiam quod expensum est in alimenta filii, cum alimenta præstare officii paterni sit. *l. si quis. 1. §. sed utrum. 1. ff. de lib. agnosc. Gross. l. 2. sentent. quest. 10. num. 2. Rauckbar. quest. 17. num. 16. pag. 2.*

XXXIII.

Alimentis imputantur sumptus studiorum causâ facti, qui proinde à collatione exempti, cum pater pietate debita ductus, eos subministrâsse videatur, & æquiparantur alimentis, *l. qui filium. 4. ff. ubi pupill. educ. deb. alere autem liberos parentes naturâ obstricti sunt, l. cum non solum. f. §. ipsum autem. s. C. de bon. qua. lib.* in tantum, ut ad hoc à magistratu cogi possint, *l. si quis. 5. §. non tantum. 12. ibi q. Gl. & Br. ff. de agnosc. & allend. lib.* Igitur quo modo ad alimenta præstanda tenetur pater, eodè ad sumtus studiorum quoq; erogandos tenebitur, *l. de bonis. 6. §. non solum. 5. ff. de Carbon. edict.* ubi expressè colligitur expensas studiorum causâ factas, necessariis quodammodo adnumerari. *V. ibi Gothofr. & Bald. ad d. l. qui filium. 4. ff. ubi pupill. educ. deb. Kremb. de sumptibus studiorum quest. 1. membr. 2. n. 29. & seq. Adde Nobilissimum & Consultiss. Dn. Ludwell. Antecessorem in alma hac Univers. celeberrimum, Doctorem & Promotorem meum æternum observandum, in Exerc. D. 14. th. 6. lit. g. Confirmatur hæc sententia in l. qua pater. 50. ff. famil. ercisc. Et licet d. l. tantum loquatur de emancipato, idem tamen & multò magis de filio in potestate existente dicendù est, cum ratio hujus legis potior sit in filio suo, quàm emancipato. Pater enim illum majore affectione persequi præsumitur, quàm hunc, Kremb. all. loc. quest. 1. num. 13. & c.*

Neq; huic sententiæ refragatur, quod illi, quos natura æquales fecit, æqualiter sint tractandi, *l. si major 4. inf. C. comm. divid. neq; danda sit inter fratres occasio discordiæ. l. cùm oportet. 6. §. non autem. 2. inf. C. de bon. quæ lib.* cum inæqualitas mater sit omnis discordiæ & inæqualitatis. Hoc enim procedit quando in casu dubio versamur, quo æqualitas inter liberos servanda, *h. inter filios. 11. C. famil. excisc. aush. in success. C. de legit. hered. l. ut liberis. 17. C. de collat.* Secus verò si patris voluntas aliud disponat, *Gail. 2. Obsf. 112. nu. 24. & seq.* qui modò uni filiorum plus, modò minus relinquere potest, quæq; distributio etiã inæqualis servanda, *Gail. d. loc. obsf. 116. n. 1. & 2.* dummodò quisque filiorum suam legitimam salvam & integram retineat, *l. parentibus 8. ff. de inoff. testam. Carpzov. p. 3. constit. 11. def. 24. nu. 2.* Non resistit etiã si dicere vellemus, comparisonem esse inter dotem & sumptus studiorum hoscæ, ut quæadmodum illa confertur sic & hos conferri oportere; nam breviter dicimus, LL. cautum esse dotem conferendam esse, *l. t. ff. de collat. dot. de sumptibus tamen studiorum nusquam id dici.* Fallit igitur hîc Brocardicû, quicquid ad similitudinem alicujus introductum, in omnibus ei præsumitur simile; quippe quia diversum in Jure statutum est. Accedit, quòd dos non ad hoc datur, ut consumatur, sed ut maritus ex fructibus ejus onera matrimonii sustineat: quod de sumptibus studiorum dici nequit. Deindè dos à patre data ad bona profecticia pertinet, quæ de jure sunt conferenda, *l. illam. 19. C. de collat. Matth. Coler. p. 1. decis. 62. n. 16.* sumptus autem studiorum bonis quasi castrensibus adnumerantur, *Coler. d. l. n. 23* quæ non conferuntur, *l. hic titulus. 1. §. nec castrense. 15. ff. d. collat.*

XXXV.

Lubet huc pertinentem quaestionem adponere, si pater in ultima sua dispositione, sine ulla temporis determinatione, ex communi hereditate sumptus studiorum filio prælegavit, quandiu suppeditari debeant. Quidam tempus hoc ad quinquennium, de quo *V. Matic. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 5. num. 1. Wes. p. 1. consil. so. n. 6.* extendunt, quæ tamen opinio ideò sustineri non potest, quia quinquennium hodiè non observatur. *Wes. d. l. n. 12.* Alii ad decennium vel septennium tempus istud prolongant, *Kreimb. d. tr. q. 8. n. 14.* quod probandum non est, quia ratio discendæ jurisprudentiæ ex temporis spatio non potest æstimari. *Vult. in Orat. de stud. jur. prefixa f. R. fol. 53.* Alii extendunt, ut tamdiu sumptus illi præstentur, quandiu cursus studiorum duret. *l. legatum 17. l. annua. 20. ff. de annu. leg.* Huc facit notissim⁹ ille canon, quod durante causâ, duret effectus, & e contra, cessante causâ, cesset effectus. At verò ob studia sumptus à patre sunt legati, ideòq; illi præstandi sunt, quandiu durant studia. *Quirin. Cubach, in lib. Brocard. c. 5. brocard. 28.* quod tamen ita simpliciter propter *l. non debet. 74. l. non fraudantur. 134. §. nemo. l. factum, 155. in pr. ff. de R. J.* dici nequit. Igitur dicendum putamus, totum hoc negotium, ob diversitatem naturarum, ingeniorû, facultatum &c. Judicis arbitrio relinquendum esse, quod aliàs in causa alimentorum plurimum valet, *Bart. in l. cum alimenta. 22. n. 1. ff. de alim. & cibariis leg. Wes. d. consil. so. n. 5. & seqq.*

XXXVI.

Redeò unde discessi. Non confertur æs alienum vivo patre à filio studiorum gratia contractum, sed ex communi hereditate solvendum est, *l. hic titulus. 1. §. sed*

an id. 16 ff de collat. l. si sine voluntate. 5. C. ad SC. Maced. Vi-
 de de his latè Gomez. ad l. 29. Tauri. n. 17, & 18, ubi num. 20.
 sustinet, collationi non subijci, quod pro delicto filij pa-
 ter exsolvit, quia videtur pietatis causa solvisse: verius
 tamen conferri debere, ne delictum unius alteri noc-
 eat. Præterea odium delicti excludit pietatis præsum-
 tionem, quod pater magis ex necessitate, in qua nemo
 liberalis est, persolverit: unde si filius bona habeat,
 quorum administrator sit pater, ex iis videbitur solvis-
 se, arg. l. cum post, 43. §. qui, cum esset. 1. ff. de administr. &
 peric. tut. At vero, quod pro redimendo filio ab hosti-
 bus præstitit, justa miseratio casus præsumi facit, pie-
 tatis ratione & animo non conferendi id esse præstitū,
 l. cum tutores. C. de neg. gest. Facit l. liber captus. 17. C. de po-
 stlim. revers. ubi non decet matrem de redempto ab ho-
 stibus filio, facti pœnitere, ac de pretio quicquam tra-
 ctare, Gomez. d. loco, n. 19, adde Gutierrez, ad §. sui. 2. n. 93.
 J. de hered. qual. & dif. Peregrin. consil. 92. num. 1. lib. 3, di-
 stinguat;

X X X V I I.

Non conferuntur etiam sumtus studiorum, quam-
 vis pater eos in librum rationum retulerit, eosq; adno-
 taverit. Et licet Carpzov. part. 3. q. 11. def. 20. contrariū
 statuatur, ex præsumta patris voluntate, quod scilicet
 tūm credendi animo filio sumtus præbuisse censeatur,
 quando eos specialiter consignavit. Hæc enim consi-
 gnatio non præsumitur frustranea sed potius hunc in-
 finem facta, ut creditum designet, quo casu in ratione
 portionis sumtus esse computandos expressè dicitur,
 in all. l. qua pater. 50. ff. famil. ercisc. Ex intentione enim &
 animo rectè estimantur res & facta. arg. l. non omnis. 19.
 in pr. ff. sicert. pet. V. Harim. Pistor. lib. 1. quest. 19. n. 5. aliosq;
 à Carpzov.

à *Carpzov. d. def. 20. n. 3. alleg.* Sed etiam si sumptus studiorum conferri debeant, quando animus credendi probatus fuerit, *all. l. que pater. 50.* negatur tamen talem patris voluntatem ex sola annotatione probari posse. Diligentes enim patres familias omnes expensas in libros rationum conferre solent, ut omni tempore exactam acceptorum & expensarum rationem habeant, *Wes. in c. ff. de usucap. n. 11. vers. cur autem.* Et hic locum habere potest canon ille: unius rei multos dari posse fines. His igitur ita se habentibus, nihil certi propter factam consignationem de patris animo statui potest. Nisi enim certo prænoscatúr finis, nulla eorum, quæ ad finem tendunt, notitia haberi potest. *Cubach. in lib. broc. cap. 10. brocard. 30.* Dein eliditur hæc conjecturata patris voluntas per aliam fortiorem præsumptionem, quæ ex debitæ paternæ pietatis affectione, & summo favore studiorum deducitur, *l. cum de. 25. ff. de probat.* Hic notanda regula, non sufficere præsumptionem, ubi evidens requiritur probatio. Nec distinctio facienda inter librum rationum cottidianum, *dem tag büchlein/* & librum peculiarem specialiter in hunc finem confectum ut de expensis pro filio factis constare possit. Nam nuda consignatio patris quocunq; etiam loco & libro facta sit non sufficit, sed evidentissimè probari oportet, patrem credendi animo sumptus hosce erogasse, *d. l. que pater. 50.* Regula enim est, sumptus studiorum à filio non esse conferendos, huic tam diu standum donec contrarium doceatur. *Menoch. consil. 72. n. 3.* accedit quod ille qui in casibus non determinatis pro se habet regulam, fundatam intentionem habeat, cui tenaciter inhærere debet, donec in contrarium specialis dispositio probetur, *Ludov. Roman. in repetit. Auth. simili-*

D

ter



ser. ins. colum. C. ad L. Falcid. Nec urget, quod sic certò de sumptibus constare possit, cum in peculiari libello sint consignati, possit enim & similiter de iis constare, si in libro cottidiano sint annotati. Nihil contrarium, statuentes adjuvat *alleg. l. que pater. 50. ff. famil. ercis. l. Nefennius. 34. ff. de negot. gest. l. alimenta. 11. C. eod.* Nam I, in omnibus hisce LL, ponitur & confirmatur regula, quod alimenta & sumtus studiorum à parentibus erogati non possint repeti. Deinde *d. l. Nefennius. 34.* loquitur de nuda relatione impensarum in codicem, vel ut gl. habet in codicem rationum. Eodem modo intelligenda est, *d. l. alimenta. 11.* ubi dicitur quod alimenta filijs præstita non justâ ratione repetantur, cum mater ea exigente materna pietate erogaverit. Secus autem esse, si hoc non materna liberalitate, sed recipiendi animo fecisse ostenderit, quod certè ex nudis conjecturis & præsumtionibus fieri nequit. Ubi enim necessaria est probatio, ibi verisimiles conjecturæ non sufficiunt.

X X X I I X.

Ampliatum hoc in libris. *Matth. Coler. p. 2. decis. 62. n. 20.* ubi ait: Sumtus & expensæ, quas pater in vita pro filio fecit in studio vel Academia, item pretia librorum, secundum ea quæ tradit *Alexand. conf. 58. p. 4.* defuncto patre non veniunt in collationem, neque possunt filio imputari in partem suam. Quod enim Juris statuitur in peculio castrensi, illud etiam statuendum in quasi castrensi, quia hæc duo æquiparantur. *l. hic titulus. 1. §. nec castrense. 15. ff. de collat.* ad exemplum militis, qui quæ admodum sine armis nihil, ita nec studiosus sine libris quicquam, quod sibi ordinique suo dignum sit, expedire potest. *Grædd. ad l. 41. ff. de V. S. n. 7.* Idemque in executione

tione iudicati nec arma militibus esse auferenda, nec libros scholaribus tradit *gl. in l. nepos. 125. verbo: dignitate ff. eod. Scharh. ad l. si filiusfam. 4. C. famil. ercisc. n. 8. Joann. Garcia. de expens. c. 4. n. 6.* Nec infringit hanc sententiam; quod dotem & alia data patris conferre jubeat *auth. ex testamento. C. de collat.* Nam hoc non simpliciter est intelligendum, sed *alleg. auth.* præcipit ea bona esse conferenda, quæ collationis naturam in se habent, ut sunt profectitia, quæq; in causam dotis aliamq; similem incidunt, ut donationis antenuptialis cui militia transmissibilis. Nam si textum tantum *αωδωε* inspiceremus, sequeretur, etiam conferri debere ea, quæ ad bona pertinerent castrensia, quasi castrensia & adventitia, quod dictu absonum est, *Brunn. de coll. bon. c. 4. n. 123.* minus movet quod res à patre emta, patri acquiratur, *§. igitur liberi. 1. I. per quas pers. cuiq; acquiri* adeoq; post ejus obitum ad suos heredes æqualiter pertineat. *arg. pr. J. de assign. libert.* Nam res à me emtæ tùm demum mihi acquiruntur, quoties easdem etiam meo nomine emo, ut sic à me & meo quoq; nomine emtæ fuerint. Nam si alterius nomine eas comparavero, nõ mihi, sed ei, cujus nomine comparavi, dominium, quæro, *t. t. C. si quis al. vel sib.* Sic procurator, quia alieno nomine contrahit, non sibi sed domino acquirit, *§. ex his. 5. J. per quas pers. cuiq. acquir.* In specie verò pater, quamvis ut filio in potestate constituto dominium acquirat, inutiliter emat, cùm quod filiofam. acquiratur, cedat patri, *pr. & §. 1. J. d. t.* tamen id omne de rebus, quæ ad bona profectitia pertinent, intelligendum est, non etiam de iis, quæ LL. bonis castr. vel quasi accenseri volunt, qualia sunt libri studiorum gratiâ liberis comparati. *arg. l. fori. 4. C. de advoc. div. judicior.*

Possunt tamen dari casus, quibus liberi libros à parentibus acceptos suorumq; nomine comparatos conferre necesse habent. Puta si studia levi molliq; brachio tractaverint, nec adeò aliis studiis suis inservire poterint; & si sumtus in libros immodici fuerint, rationesque paternarum facultatum excedant; si enim modò inæqualitas inter liberos oriretur, tunc ad usum potius concessi, quàm donati censendi sunt.

X X X I X.

Non conferuntur sumptus in peregrinatione utiliter expensi, *Carpzov. p. 3. const. 11. def. 18. n. 4.* Nam si hæc moderatè & cautè suscipiatur, ad assequendam civilem prudentiam legumq; ferendarum scientiam, multum conducit. *Schönborn. lib. 1. Polit. c. 3.* igitur & hæ impensæ sub alimentorum & educationis adpellatione comprehenduntur, *arg. l. verbo. 43. ff. de V. S. & per consequens non sunt conferendæ.*

X L.

Limitatur tamen in sumptibus, quos pater animo credendi ministravit per textum expressum *in d. l. que pater. 50. ff. famil. ercisc.* Hic verò animus patris indubio non præsumitur, favore studiorum, sed probari debet, quod etiam colligitur ex *all. l. Finckelthaus. obs. 11. n. 6. Arnold, de Reyger. in thesauro Jur. sub vocab. probatio. n. 33. & n. 133.*

X L I.

II. Si filio aliunde bona suppetant, quo casu præsumitur pater de bonis filii has impensas potius fecisse, quàm de suis, non ut pater, sed ut administrator. *l. Nescennius. 34. ff. de neg. gest.* Idem etiam statuendum est in alimentis, quorum repetitio patri datur, si bona filii ad-

administret, *l. si quis. 5. §. alimenta. 19. ff. de lib. agnosc. Pon-
tan. de alim. c. 7. n. 5. Carpzov. p. 2. constit. 10. defm. 28. n. 4.
& 7. ubi ait, quod nostro in casu pater non donandi a-
nimo sed de peculio filii sumptus subministraffe vide-
atur. Idemq; repetit p. 3. constit. 11. def. 19. n. 5. & seq. &
hanc opinionem duobus præjudiciis in scabino Lip-
sienfi prolatis confirmat. Videatur idem Carpzov. lib. 6.
Resp. Jur. Elector. tit. 7. resp. 71. n. 12.*

X L I I.

III. In Fratribus & Sororibus aliisq; coheredibus,
qui non tenentur post mortem patris sumtus ex com-
muni hereditate filio ad studia absolvenda submini-
strare, *l. ex parte. 39. §. filius. 3. ff. famil. ercisc. modo laudatus
Dn. Ludwell in Exerc. suis D. 14. th. 6. lit. g.* Item IV. in-
sumptibus immodicis, quibus patrimonium ita exhau-
stum est, ut alii liberi legitimam salvam habere neque-
ant. Hæc enim liberis jure naturæ debetur, *l. cum ratio.
7. ff. de bon. damn. l. scripto. 7. §. non sic. 1. in f. ff. si tabb. te-
stam. null. ext. quæ nullâ ratione à patre gravari, Nov. 115.
c. 3. & c. 5. in pr. Sed statuto tamen minui potest. Mysf.
cent. 5. obs. 43. Gail, 2. obs. 122. n. 11. Arum, Ex 10. th. 19. D.
Ludwell. loc. all. D. 8. th. 8. lit. g.*

X L I I I.

V. Si filius propter expensas studiorum succes-
sioni paternæ debito modo renunciaverit. Hoc enim
casu manifestum esse, quod pater hæc expensas non
animo donandi, sed propter factam renunciatio-
nem suppeditavit, statuunt, *Bald. Salyc. & Castrenf. in l. pactū
3. C. de collat. Jas. aliq. Dd. in auth. quod locum. C. eod. Schn
ad §. 20. n. 44. J. d. act.* Deinde indubitati Juris est, uni-
cuiq; licitum esse, favori pro se introducto renunciare

l. si quis, 29. C. de pact. l. si iudex, 41. ff. de minor. Novell. 126. c. 1. Si enim filius vel filia legitimam etiam à natura debitam petere non potest, si hereditati paternæ vel maternæ debito & consueto modo renunciaverit. *Tiber Decian conf. 6. n. 54. vol. 1. Wesf. consil. 2. n. 56.* multo magis obtinet in filio, qui non simpliciter, sed propter sumptus studiorum acceptos successioni paternæ renunciavit. Nec obstat quod ejusmodi pacta non valeant, *l. ff. de suis & leg. hered. l. pactum. 3. C. de coll. & successio quæ Juris publici est, privatorum pactis mutari non possit. l. jus, 38. ff. de pact. l. quod bonis, 15. §. frater. 1. ff. ad L. Falc.* Nam contrarium de J. Canon. & moribus hodiernis receptum esse patet ex *c. quamvis, 2. de pact. in 6. & restatur Gail, 2. obs. 39. n. 22.* Videatur *Myns. 1. obs. 36.*

X L I V.

Tandem in sumptibus malè consumptis. Hi enim, non sunt loco castr. peculii, sed causam communem, & bonorum profectiorum retinent, & propterea oneri collationis subjacent. *l. hic titulus, 1. §. confertur, 23. ff. de coll. t.* Causa enim specialitatis cessante, cessat ipsa specialitas, & ad Jus commune redimuntur. Ad hæc sumptus à patre erogantur, ut studiis infumantur. Hæc igitur causâ cessante, cessat & tollitur effectus. *c. cessante de R. J. 6. & inc. privilegium eodem & cessante causâ beneficii, cessat ipsum beneficium; quandoq; mutatur. Juris causa, tunc ipsum Jus quoq; mutatur. Cubach, in libr. brocard. c. 5. brocard. 33. & 51. Gravett. consil. 1. nu. 416.* Hinc illud ipsum tacitè revocatum censetur, si causa, propter quam aliquid datum aut donatum est, non sequatur, *l. 1. & t. t. C. de condict. ob caus. dat. §. t. t. ff. de condict. caus. dat. caus. non sec. nec justior est amittendj causa, quam*

quàm si id non præstetur, ob quod beneficium est concessum. *c. unic. §. item vers. sed non est alia, que fuit prima caus. benef. amitt. 2. F. 24. V. Brun. de collat. bonorum, c. 4. num. 89.*

X L V.

Collationi quoq; non subicitur, quod pater impedit, ut filius J. C. vel Doctoris titulum consequatur, cum hic titulus adscribatur quasi castrensi peculio, q. non confertur. Fiunt enim sumptus isti honoris causa, unde commodum inæstimabile oritur. Quemadmodum nec id repetitur vel confertur, quod à patre datū vel promissum adipiscendi honoris dignitatisq; causā; hoc enim præcipuum filius habet, propter onera dignitatis quæ sustinet, *l. hic titulus. §. sed an id. 16. ff. de coll. onera namq; honoribus cohærent. Gilken. ad auth. ex testamento. n. 64. C. eod.* Nec adversatur quod Justin. voluerit, ea conferri & in quartam imputari, quæ occasione militiæ, ex pecunia patris defuncti comparata, lucratus est is, qui militiam meruit, *l. pen. C. de collat.* Et enim separanda est hîc à dignitate militia, ex qua quis salaria, annonas & lucra ex publico consequitur. Militia est palatinorum officialium, quales sunt agentes in rebus, scriniarii, laterculenses, quæstores, silentiarii, quorum officia vendi potuerunt, & mortuo militante, id est, officiali certâ pecuniâ ad heredes ejus pervenit, qui casus militiæ & scholæ placitum adpellatur *in Nov. 53. c. 5. & 97. c. 4. Pancirol. in Notit. Imp. Orient. cap. 62. & 72.* Militia quidem ipsa non transit ad heredes, sed casus militiæ, id est, quod mortuo militante heredes ejus, vel uxor capiunt, ex communi scholæ placito, ab eo, qui in locum militantis surrogatur. Ita *Raguellius ad d. l. pen. & ante ipsam Alciat. lib. 1. Prætermisso. verb. Militia.*

XLVI



X L V I.

Non conferuntur castrenſia bona, ſive emancipati, ſive ſui ſint, qui ea poſſident. *l. hic titulus. 1. §. nec caſtrenſe. 15. ibig. Br. in pr. & n. 1. ff. de coll. l. miles. 4. ff. de caſtrenſ. pecul. Rutg. Ruland. lib. 5. c. 4 de interrog. n. 16. Curt. Jun. n. 50. ad l. ſi emancipati. 9. C. de coll. quo referuntur e- qui & arma filioſam. militatum abeunti data, donata, l. ſi mulier. 3. cum ſeq. ff. de caſtr. pecul. ſub quorum appellatione veniunt ſcuta, gladii, caſſides &c. l. qui comme- atus. 14. §. arma. 1. ff. de re milit. l. quod eſt. 3. §. armis. 2. ff. de vi & vi arm. Niſi filius militatum haud abiret, cum ſic in cauſa profectitorum bonorum res huiusmodi re- linquantur. *Præm. conſil. 24. n. 51. adde Valaſc. in praxi pa- rit. & collat. c. 13. n. 167.**

X L V I I.

Nec bona adventitia, quæ ab extraneo aut cogna- to, de cuius ſucceſſione non agitur, profecta aut pro- ſperioris fortunæ ſucceſſu filioſam. delata ſunt. *Rutg. Ruland. lib. 5. cap. 14. n. 17. de interrog.* Fructus verò in vi- ta patris à filioſam. perceptos iure novo conferre tene- tur, §. igitur. 1. *J. per quas pers. cuiq. acquir.* nam ceſſat in iis ratio, quæ militat in proprietate, nempe quod etiã- num acquirantur patri. *l. oportet. 6. §. non autem. 2. C. de bon. que lib. Riminald. ad l. ult. n. 338. C. de coll. Caſtrenſ. ibid. n. 1.* qui tamen non conferuntur ſi pater retinere no- lit, filium poſſidere ſinat & quaſi diuturnâ ſive conti- nuâ perceptione per conniventiam detinere patiatur. *d. l. cum oportet. 6. §. non autem 2. verſ. ſin autem C. de bon. que lib. Riminald. d. l. n. 359.* Conniventia verò ſola pa- tris non ſufficit, ſed opus eſt remiſſione & conſenſu pa- tris, quin & eorundem poſſeſſione ac perceptione à fi- lio-

liofam. continuata, d. *vers. sin autem. verb. noluerit. verb.
 diuturna. verb. consensu, C. d. t. quæ cum non sit donatio,
 & aliud quidvis actum potius, quàm donatum cenfea-
 tur, l. filiusfam. 7. in pr. ff. de donat. non absurde re-
 missio & refutatio ususfructus adventitii ab Interpp.
 intitulatur, Dd. ad d. l. cum oportet. 6. §. non autem. *vers. sin
 autem, C. de bon. quæ lib.* Facit quod hac remissione u-
 susfructus cum proprietate consolidetur, & in totum,
 naturæ adventitij peculji accedat, quod collationem,
 respuit, l. ut nemini. ult. C. de collat. Quin hoc ipsum per-
 inde se habet, ac si alimentorum nomine istos fructus
 pater filio concessisset. l. ex annuo. 15. ff. de don. int. *Vir.
 & Ux.* ac in consumationem eorundem consensisset,
 expressim, cujusmodi consumpta non conferuntur, l.
*cum emancipati. 2. §. de illis. 2. ff. de coll. Riminald. ad d. l. ult.
 n. 359.* Quod si verò contingat, aliquando fructus hos-
 ce quantumvis à filio perceptos conferri, onerum ha-
 benda est ratio, quæ ipsum velut usufructuarium secu-
 ta sunt, ut detrahantur, *arg. cap. 55. qui sentit. de R. J. in 6.
 Quemadmodum enim qui vis usufructuarium impen-
 sas modicas ipse sustinet & majores à proprietario re-
 petit, d. c. qui sentit. 55. de R. J. in 6. l. usufr. 7. §. quoniam. 2.
 l. si pendentes. 27. §. si quid 3. ff. de usufr. Cæpol. de servit.
 c. 59 n. 5.* cujus rei, si partes controvertant, dijudica-
 tio ad iudicis arbitrium spectat, *gl. in d. l. usufr. 7. §. quo-
 niam. 2. verb. pertinet. Menoch. 2. cent. 3. A. J. Q. cas. 215.*
 Sic & filius eos detrahit; cum patris loco eos percepe-
 rit, qui à lege in bonis adventitiis usumfructum con-
 stitutum habet, d. l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib. *junct.
 c. qui per alium. 72. de R. J. in 6.* Jure quidem Civ. ad té-
 pus vitæ suæ durantem, l. res quæ. 1. cum seq. C. de bon. ma-
 tern. *Coler. decif. 41. n. 1.* & Jure Saxon. quandiu filius &*

E

pater

pater cohabitaverint. Simul ac enim hic à patre sese
separat, ususfructus ad filium pertinere incipit. *Landr.*
1. art. 11. Dar. Moller. in comm. ad p. 2. constit. Elector. 10. n.
9 & seq. Quæ omnia obtinent in iis bonis adventitiis,
cujus saltém proprietas ad filiumfam. ususfr. verò ad
patrem spectat. Nam bona adventitia, quorum usus-
fruct. & proprietas pleno jure ad filiumfam. pertinet, ut
& aliæ res quæ parentibus non acquiruntur, sed pro-
priae liberis manent, *Nov. 117. c. 1. collationi non subja-*
cent. De emphyteusi conferenda V. Valasc. in praxi par-
tit. & collat. c. 13. n. 97. & seqq.

X L V I I I.

Supereff ut agamus de modis, quibus collatio ju-
stè riteq; fieri, & quibus eam facere detrectantes cogi
possint ac debeant. *V. Valasc. in praxi partit. & coll. c. 14.*
quorum duo sunt & exinde duæ collationis species:
Realis & cautionalis. *l. hic titulus. 1. §. quamvis. 11. & si-*
mil. C. de collat. Sichard. n. 17. ad rubr. C. eod. Gilman. tom.
4. Symp. p. 1. vol. 4. n. 18. 19. pro. 23. quæ & ante & post a-
ditam hereditatem sive agnitam bonorum possessionē
locum habent. *l. prator. in pr. 3. ff. de collat. Duar. c. 3. ad*
eund. t.

X L I X.

Realis collationis species, est Collatio, qua res^o
confertur *d. l. hic titulus. 1. §. quamvis. 11. ff. eod.* eaq; vel
verè vel quasi. *d. l. hic titulus. 1. §. quamvis. 11. & seq.* Illa
est, qua res actualiter & in communem hereditatem
infertur, *d. §. quamvis. 11. l. illam. 19. C. eod. Bart. ad l. quam-*
quam. 1. §. filiam. 8. ff. de dot. collat. Tholos. l. 46. Synt. c. 8. n. 27.
hæc, qua res conferri intelligitur, *d. §. duamvis. 11. & seq.*
Sichard. ad rubr. n. 8. C. h. t. quæ quot modis expediatur
V. ep. Brunm. tr. de coll. bon. c. 5. n. 7. usq; ad n. 20.

L, Re-

Reali collationi conjuncta species est, Cautionalis, quæ est collatio, qua quis cavet de re conferenda, *d. l. 1. §. jubet. 9. ff. de collat. Bartol. ad l. si pater, 2. & l. emancipati. 9. C. eod.* & habet locum non tam si convenit inter partes, quid quantumq; conferendum sit, quàm quoties inter succedentes, quod jura collationis attinet, quid quantumq; conferri debeat, controversitur, *d. l. hic titulus. 1. §. quamvis, 11. l. posthumo, 11. C. d. 1. Tholos. 46. Syntagm. 8, n. 27.* Quam cautionem quivis sine exceptione, cujuscunq; sit dignitatis aut facultatis per fidejussores præstare necesse habet. *d. l. hic titulus. 1. §. jubet. 9. ff. de collat. junct. arg. l. legatorum. 1. §. semper. 1. ff. ut legat. nom. cav.* prætoriam enim stipulatio est, quæ fidejussores requirit, tam ob causam majoris securitatis, *t. t. C. de distr. pign. & t. t. C. de Jur. Domin. impetr.* quàm ob facilitatem conveniendi in judicio. *l. si quis, 1. ff. si quis in jus voc.* Notandum hîc quod specialiter & contra naturam Prætoriam stipulationis receptum sit, ut & pignoribus rectè quis cavere possit, *l. 1. §. jubet. 9. ff. de collat. Tholos. d. l. n. 27.* Quid dicendum si liberi cavendi facultate ob inopiam fortè vel aliam causam destituantur, utrum sustineantur ad tempus, quo cautionem præstare possint? Et dicendum non ilicò ipsis actiones hereditarias denegandas esse, sed tam diu sustinendos, donec cautionis præstandæ facultatem adipiscantur, fidejussores enim in ventu difficiles sunt, maximè homini non locupleti. *l. cum non facile. 6. ff. si cui plus quam per L. Falcid. l. consensisse. 2. §. sed si 6. ff. de judic. Nov. 22. c. 44. Nov. 88. c. 2. §. 1. l. si quando. f. C. de ordin. cognit.* hactamen lege, ut rerum nomine quæ mora deteriores fiunt, ceteris satisfaciant, *l. cum emancipati. 2. §. ult. ff. de*

collat. tempus illud in boni viri arbitrium conferri poterit. l. si quis. 5. §. stipulatio. 1. ff. eod. Wesf. in w. n. 6. eodem, adeoq; nec minimum nec maximum, quod iudex aestimabit. arg. l. ratum. 13. ff. de solution. junct. l. mora. 32. in pr. ff. de usur. Quod si spatio temporis non minimi effluxo, liberi adhuc cavere non valeant, portiones eorundem hereditariae curatorum committenda, qui eas penes se retinet & custodit, quoad illi res collationi obnoxias rite contulerint. l. hic titulus. 1. §. si frater. 10. ubi Bart. §. si cum. 13. ff. de collat. Neq; refert, si ve inopiâ, si ve alia necessitate exclusi ad modum praescriptum cavere impediantur. d. l. cum emancipati. 2. §. ult. d. l. hic titulus. 1. §. frater. 10. l. nonnumquam. 8. ff. h. t. junct. loc. à contrar. sens. loc. à General. de quib. Everh. in Topic.

L I,

Fit autem collatio pro portionibus hereditariis & virilibus & conferens in faciendis partibus suam personam numerat, d. l. hic titulus. 1. §. ult. ff. de collat. Duar. c. 3. d. collat. Exemplis res fiet clarior: Si unus sit suus & emancipatus unus, qui habet in bonis 300. in suum transfert 150. Si duo sint sui, emancipatus transfert in singulos suos trientem bonorum suorum, ut si 300. in bonis habeat, singulis cedit 100. d. §. ult. l. praetor. 3. §. Julianus. 2. ff. eod. In his casibus quantam partem quis confert, tantam pro portione aufert etiam ex bonis paternis: primo casu ut semissem bonorum suorum confert, ita semissem bonorum fert ex bonis paternis; & secundo casu, ut confert trientes, ita aufert trientem Majer. in coll. Arg. tom. post. de coll. bon. n. 10. p. 610. Plures emancipati, quoad partes faciendas unius loco habentur, etiam jure novo, quod si ipsis confertur, partes singuli suas ferunt.

LII,

Insurgit hic quaestio, An res & bona in specie sint conferenda, an verò aestimatio eorum sufficiat? Prius affirmamus propter *l. hic titulus. 1. in pr. ff. de collat. l. obligamur. 52. § jure. 6 ff. de Obl. & Act. & arg. l. creditores. 10. ff. de V. S. junct. l. mutuum. 2. §. mutui. ff. de rebus cred.* Quia idem regulariter in contractibus veris & quasi, circa res non fungibiles versantibus obtinet, ut aliud pro alio dari aut solvi nequeat, *all. l. mutuum, 2 § mutui. 1. ff. de R. C. quamvis volenti quidem possit. l. manifesti. 17 l. si operas. 20. C. de solut. c. scienti. 27. de R. J. in 6.* Collatio autem cum ex causa aditæ hereditatis fiat, *l. si duo sint. 38. ff. de acquir. hered. ad quasi contractus pertinet. tit. 7. de obl. que ex quasi contract. Gæd. ad l. creditorum. 11. n. 7. ff. de V. S.* Imorem præcisè conferri debere, ex definitione patet, qua collatio dicitur rei propriæ communicatio vel contributio. *Curt. jun. ad d. l. si emancipati 9. n. 36. & passim.* Arguit hoc ipsum sensus conversus. *l. dotis. 5. C. de collat. cum enim istius vigore ad conferendum obstrictus, nisi rem habeat tanto minus ex hereditate ut capiat. ad successionem admittatur, conversim sequitur, si rei conferendæ facultatem habeat, eam ipsam, in specie coheredibus communicandam esse. d. l. dotis 5. junct. loc. à contr. sens. à rat. caus. convers. de quibus Everh. in Topic. Riminald. ad d. l. 9. n. 259.* Tandem Impp. nullam mentionem in rescriptis Cæd. aut Nov. fecisse legimus aestimationis rerum conferendarum, quasi alterutrius vel rei, vel aestimationis præstatione conferens liberaretur, *t. 2. C. de collat. Nov. 18. c. 6.* Excipiuntur tamè casus nonnulli, in quibus aestimatio sufficit, ut quando res collationi obnoxia fortè alienata fuerit. *Costal. ad l. si filia. 20. ff. famil. ercisc.* cum in simili venditor rem habens,

eam præcisè tradere, sin minus, interesse præstare te-
neatur. §. *sed* & 2. *J. de emt. vend. Jas. a l. S. actionum. n. 147.*
I. de Act. quæ res Dd. ansam præbuit singularis extru-
endæ cautelæ, qua liberi evitare possint collationem,
nempe bona conferenda ut alienent: *Capol. de cautel. n.*
187. Riminald. ad d. l. si emancipati. 9. n. 204. modò ne do-
lus interveniat, arg. *l. idem. 2. ff. quæ in fraud. cred. c. pro*
possessore. 35. de R. l. in ó. Tancred. in process. jud. p. ult. quest.
12. Item excipimus casum, quo res conferenda non
dividi, nec ab alio coheredum teneri & possideri po-
test. Item, quo rem in specie conferri & dividi cohe-
redum nihil interest. An & quando collatio per æsti-
mationem fieri possit, agit *Valasc. in praxi partit. & collat.*
c. 14. n. 2. & c.

L I I I,

Occasione hujus videndum & inquirendum, ut
si quandoq; æstimatio in collatione sufficiat, ex quo té-
pore iniri debeat; an ex tempore mortis ejus cui suc-
ceditur? an ex tempore aditæ hereditatis? an ex tem-
pore petitæ collationis? Nos putamus æstimationem
rei conferendæ ex ipso tempore mortis petendam es-
se. Nam sicut liberis statim à morte parentum certa
hereditatis portio deberi incipit: sic eorundem quoq;
bona collationi obnoxia statim ad hereditatem perti-
nere, & cum bonis paternis unum corpus fieri cen-
sentur. Et licet Costalius assèrat judicatum esse, æstima-
tionem ex tempore institutæ divisionis & petitæ colla-
tionis iniri debere, *ad l. si filia. 20. ff. famil. excisc. adde Ca-*
strenf. ad l. ut liberis. 17. C. de coll. tamen cum nec textus
nec ratio decisionis istius extet, sine quibus loqui
erubescendum est, ejus autoritate non movemur.
Æ verb. in Top. loc. à cessat. rat. & loc. à leg. cessat. Accidere ta-
men

men potest, ut tempus aditæ hereditatis & petitiæ collationis ut& tempus mortis defuncti coincidere possit. Utsi petitur collatio, etiam eo ipso adita censetur hereditas, cum statim atq; heres quid gerit, hereditas ab eodem agnita aditaq; intelligatur. *l. pro herede. ff. de acquir. hered.* & si ab ejusdem obitu collatio statim exigatur, quo casu tempus mortis, petitiæ collationis & denique hereditatis aditæ simul concurrere manifestum est.

L I V.

Haftenus egimus de modis conferendi, quos excipiunt modi, liberos ceterosq; collationi obstrictos, cogendi ut conferant: qui itidem ut superiores in duplici sunt differentia, sic ut vel collationem realem, vel cautionalem concernant. Ad collationem cautionalem pertinet modus cogendi unicus, Commissio stipulationis sive cautionis interpositæ, Si enim heres collationi obstrictus, prævia tamen interpellatione, præcedente de conferendo, *l. si quis. §. stipulatio. i. verb. interpellatus non facit. ff. de collat. Tholos. d. l. n. 27.* cautioni datæ non satisfecerit, ceteri coheredes ex stipulatu agunt, *d. l. si quis. §. stipulatio. i.* Cujus actionis effectus est, ut cautio sive stipulatio committatur, *d. l. habetq; condemnationem & affert tanti, quanti ea res erit, qua de conferenda cautio interposita fuit d. l. Tholos. d. l. n. 27.* realem collationem concernentes modi duo sunt cogendi: Denegatio actionum hereditariarum & Imploratio officii Judicis. *l. posthumo. ii. cum seq. l. si soror. 8. ubi Br. n. 1. Jas. n. 2. C. de coll. Wesf. c. n. 6. ff. eod. Vital. in pr. de coll. n. 25. Tholos. d. l. n. 27. Besold. consil. 240. n. 5.* Quapropter si liberi hereditatem patris vel alterius ascendentis ambiant, cujus occasione conferre de-

debent, illudq; jus collationis detrectent, denegantur
ipsis actiones hereditariæ, tam veteri quàm novo Ju-
re. *l. hic titulus. 1. §. si frater. 10. & §. sicum. 13. ff. de collat.*
l. posthumo. 11. cum seq. Bart. ad d. l. si soror. 8. cujusmodi
sunt hereditatis petitio, bonorum possessio, querela
inofficiosi testamenti, tit. de pet. hered. de bon. poss. & in-
off. testam. Vult. 2. §. R. c. 22. & si quæ aliæ actiones he-
redibus competere possunt, d. l. posthumo. 11. cum seq. verb.
actiones. C. d. 1. Tholos. d. n. 27. Non tamen illi denegan-
tur, qui ex intervallo collationem offert, prætor enim
pœnitentem adhuc audit & admittit. l. nonnunquam. 8.
verb. sed benignior est diversa sententia. ubi Br. n. 1. l. hic ti-
titulus. 1. §. si frater. 10. verb. si per contumaciam. ff. d. 1. quod
& dicendum de titubante & tandem conferente, qui
etiam non repellitur, d. l. nonnunquam. 8. c. mutare. 33. ubi
Dyn. n. 4. de R. l. in 6. modò intra annum variare desi-
nat, post elapsum verò amplius non auditur, d. l. non-
nunquam. 8. Hocq; singulari favore liberorum permis-
sus est, l. ult. C. de repud. hered. Dyn. ad d. c. mutare. 33. n.
5. de R. §. in 6. hac tamen lege ut conferendi moram ne-
ctendo deteriorationem rerum coheredibus præ-
stent, l. cum emancipati. 2. §. ult. ff. de coll. V. Cothm. resp. 49.
n. 74. vol. 1.

L V.

Actiones hereditariæ conferre detrectantibus ita
denegantur, ut exceptio non factæ collationis iisdem
opponatur & objiciatur. *Dec. ad l. posthumo. 11. C. de coll.*
Pertinet huc exceptio litis ingressum remorans: *Tua*
non contulisti, proinde tibi non competit actio here-
ditaria. Bald. ad d. l. posthumo. 11. n. 3. Wes. in x. n. 6. ff. eod.
Quæ dilatoria & ad ipsam causam pertinens est Excep-
tio. Vult. 2. §. R. 30. incid. tert. nec ex contractu, nec
pacto

paſto, nec alia aliqua cauſa conuentionali orta, ſed ex diſpoſitione legis, *d. l. poſthumo. 11. cum ſeq. & prodeſt reo*, ut ab inſtantia & obſervatione iudicii liberetur. Quid dicendum ſi diuiſio ab arbitro fam. erciſc. facta ſit citra objectionem huius exceptionis & per errorem heres non conferens admiſſus? Implorato iudicis officio collatio adhuc peti poteſt. *l. ſi ſoror. 8. ubi Br. in pr. Cyn. n. 1. Dec. n. 3. Caſtrenſ C. h. t. l. maioribus. 3. C. comm. utr. jud. l. ſi poſt. 4. C. de jur. & fact. ignor. l. cum putarem. 36. ff. fam. erciſc.* quæ imploratio officii iudicis alter modus eſt, quo conferre nolentem, ambientem tamen. hereditatem, ad conferendum adigere poſſumus, ut Prætoris ediſto & Impp. conſtit. ſatisfaciat *l. quamquam. 1. in pr. verb. ad collationem dotis prætor. & verb. ad collationem dotis per. ff. de dot. coll. l. ſi ſoror. 8. C. de coll. Weſ. in 1. n. 6. ff. eod.* Sic enim Impp. reſcripſere: Præſes provinciæ examinatis partium allegationibus, cum bonis paternis dotem confundi iubebit, *d. l. ſi ſoror. 8.* Quæ verba cum ſolum ad iudicem referantur, imploratio officii iudicis conſeſſa intelligitur. *Dec. ad d. l. ſi ſoror. 8. n. 1. & 2. Sichard. ad rubr. n. 15. C. eod.* Ut exemplum habemus *in l. hoc ediſtum. 1. §. prætor. 2. ff. de minor.* nec actionem eo nomine dant, ſed à cognitione prætoris pendet, reſpondente Paulo *in l. quod ſi. 24. §. ult. ff. d. t.* Simile exemplum occurrit in reſtitutione majorum, *l. huius 1. §. verba. 1. & t. t. ff. ex quib. cauſ. maj. & paſſim ut l. ſi res. 17. in f. ibi gl. ff. d. Legat. 1. l. ſolent. 3. in f. ff. de alim. leg.* Sed quando verba legum ad litigantes directa fuerint, actio tum prodita cenſetur, *ut in l. lege. 7. per verb. ſi quis & c. ff. ad L. Aquil. Dec. ad d. l. ſi ſoror. 8. C. h. t. n. 2.* Quod ſi verò impersonaliter verba concepta fuerint, etiamnum actionem inducunt. Cuius exemplum habetur.

in

in



*in auth. Sacramenta. C. si advers. vend. ibiq. gl. verb. custodi-
antur. Latius V. ap. Sichard. ad rubr. n. 15. & seq. C. de collat.
An ad collationem extorquendam nos tutius uti possi-
mus remedio implorationis officii Judicis, quam de-
negationis actionum hereditiarum, V. ap. Brunn. de
coll. bon. c. 5, n. 149. & seqq. Atq; hæc de collatione bo-
norum rudi penicillo adumbrare, tempus huic insti-
tuto satis angustum permisit,*

TIBI DEO TER. OPT. MAX. SIT LAUS

Honor & Gloria, in Sempiterna Secula,

AMEN.

DEFENDIT WALTHER Themidem, licet unus & alter
Attentet variis illius ausa modis.
Ille tamen recto consistit ad omnia talo,
Fecit uti totum Diva vocata suum.

Aliud

NÆ merito Lucus codex mihi juris habetur,
Scinditur ut variis materia inde locis.
Sic WALTHERE tibi Collario lecta placebat,
Hincce facem studiis sculpere promptus amas.
Nunc WALTHERRUS eris, dubiis dominabere rebus,
Quæ veluti sylvæ, secla tenere solent.
Approbat omne Themis, sponsam & pro munere confert,
Ut valeatq; toro, teq; levare foro.
Profit utrumq; decus, te mitraq; ritè coronet
Doctræ, meritum, prolifera aura tuam.
Non ea sylvarum bona tanta petita recessu,
Quæ Dea fert titulos, hæc tua vota beat.

Præstantiss. pariter ac doctiss.

*Dn. Georgio Christophoro Walther, J. V. Camico
& commensali suo de amando F. L. M. expositæ be-
volentia ergò*

Ludovicus Jungerman, M. D. P. P. &
Botanicus Univerf. Altdorph,

Und dennoch ist es wahr/ es wehre keine Tugend
 wo auch nicht wer' ein Lohn/ wer wolte in der Tugend
 Die schwerlich arbeit Liebe/ nicht einmal müßig sein?
 wo nicht belohnung wehr/ die vns auch fast allem
 zum guten führet an/ wer wolt im besten Standte
 Von hause ziehen auß vnd seinem Vaterlandte
 Den Knieen kehren zu? Wer solt sich jedem Man/
 Der sich hoch recket auff/ zu dienen geben an?
 Vnd der im zweiffel ist/ ob er sein hohes dancken
 Soll geben vor den gruß/ damit er in den schrancken
 Der hohheit bleiben mög/ vnd sein nicht bald gemein
 Mit jedem der da will bey ihm befohlen sein/
 Nichts hilfft die Reverenz/ nichts mehr das haubt entblößen/
 Daß er sich nicht verdanck/ hebt er mit kleinen stößen
 Sein Hut abziehen an/ die Reputation
 Muß recht gehalten sein/ es ist ja wohl nicht ohn/
 Man dulder eben viel. Baldt kombt daher ein Krieger
 Der wohl den Feind nicht kennt/ der will ein grosser sieger
 Im feldt gewesen sein/ Er helt vor eine schande
 Stundren auß Pappir vnd führen in die hande
 Solch leichtes Federrieß/ Er schimpfer von den schmieren
 Der dinten etwas heer/ Mann solt sich fast verführen
 Vnd lassen leiten ab; Baldt kombt ein starcker Knopff
 Der Jabilir von Bier/dem sein Subtiler Kopff
 Mit Pech gefüllet auß/ der redet noch wol kübler/
 Vnd meint wer schwarz sich trägt/ sey ein Collegen schieler
 Ein black beschmeißer vnd ein Pflastertreter/ Er/
 Ein lediggänger auch Praxierer/ vnd was mehr
 So ich theils selbst gehört/ die Tugendt aber machet
 Daß einer solcher ehr vnd vngemaches lachet
 Hoffte auß was bessers noch/ Ich halte wohlgethan/
 Wer dieses vnd noch mehr/ geduldig tragen kan;
 Die arbeit hart noch lohn/ die Erde noch viel Früchte/
 Vor dem so Tugendt sucht/ der ist noch nie zu nichte
 Vnd elendt worden je/ der dieser hart vertraut/
 Dißhabt GEEHRENDEN JAHRE/ ihr wol vorbeer geschaut/
 Drum

Drumb hielet ihr nicht ein / Ihr habt mit ewren wachen
Vnd immer storen fleiß gesucht euch großzumachen
So ihr den auch erlangt; Ihr brachtet zeitlich auß
Vnd ricket ewren weg / nicht eine meil von hauß
Daß euch denn rühmlich war / wer sich mit weisheit cränckhen
Vnd Kunst erlernen will / muß bey den Offenbäncken
Zu hause sitzen nicht / Er muß mit frembter Suche
Die feine Zieren auß / vnd was er nie versücht /
Alßdan erfahren recht. Dis habet Ihr nun alles
GEZEHEER FREUDE vollbracht; also das solches fallens
Ihr Ruhmens würdig sendt; dann diese blätter sein/
Die zeugen ewrer Kunst / die schon gebrochen ein/
Den traum der Dunceln Nacht / drumh hatt man jüngst gewunden
Den Schönen Lorber Kranz / der euch wird umgebunden /
Vnd nechst geschenecket sein; Euch werthen Muses sohn/
Den nemmet hin zum Ruhm / vnd den verdienten Lohn
Auff daß ihr aber auch mögt ein ergekung haben
Empfanger diese seel / von welcher schönen gaben/
Die Fama selber zeugt; Besiget dieses Herk /
So sehr dem ewren gleiche; Vnd treibet Liebescherk/
Ich bin von Veaus Volck zwar auch nie flüchtig worden/
Doch hab ich mich anjehet begeben aus den orden
Daß jeden stehet fren / wer nicht mehr betten mag/
Der werff die Rurten weg. So kommet keine Clag/
Vnd straffe über ihm / Es ist ein blosser schein
Hinauß hinauß mit dir / hier soll das ende sein.

Dem Hochgelährten Herrn Candidato
als seinem Liebwerthen Freunde
vnd Competitori sehr dieses zu
sterren andencken auff

Adam Fr. Stripe.

ME,



FORTE WALTHERI Themis alma laudes
Legerat, quas ei cecinit Novena
Turba, descripsitq; cedro in virente
Phœbus Apollo.

Mox ait, salve mihi dulce nomen
Jam tuis à me quoq; fiet augmen
Laudibus, longis tuane senescat
Gloria seclis.

Et simul de divitiis Hymetti
Fabricat doctâ manu opus stupenda
Artis, incidit tenuiq; ferro
Talia verba.

HANCCE. WALTHERO. DEA. FECIT. ARAM.
PRO. PIO. LEGUM. SOPHIÆQUE. CULTU.
DISCE. VIRTUTEM. COLERE. HINC. HOMO. NAM
PRÆMIA. CERNIS.

Hiscæ Cl. Dn. CANDIDATO,
fautori & amico suo can-
didissimo gratulab.

Andreas Rurk/
Lübec.

F 3

ME

METRUM GRATULATORIUM
CONSECRATUM
HONORIBUS THEMICIS
VIRI
NOBILIS ET PRÆCLARISSIMI
DN. GEORGH CHRISTOPHORI WALTHERI,
U. J. CANDIDATI LAUDATISSIMI FAUTORIS
ET AMICI MULTIS NOMINIBUS
COLENDI.

ARMIGER ille Jovis radiantia lumina solis
Auricomi spectat, pernicious aëra pennis
Sulcat, & aligeras superat, vincitq; cohortes.
Omnia præcellit Laudata scientia Juris,
Virtutis Custos, & servantissima Legum;
Nam si virtutes justus complectitur omnes,
Jurisconsultus, cumulans jus divite fructu,
Extollendus erit, quum sede morentur in unâ
Et Themis & Virtus, Themidos Decus atq; Minervæ
Te WALTHERE voco, quoniam Themis aurea pectus,
Ingenium Pallas finxit, dat præmia Phœbus.
Te Virtutis amor juvat, & jus, nobile verum.
Anxiferas curas in jure utroque dedere,
Bartolus & Baldus, Codex, Digesta, Novellæ,
Quis WESENBECCI & LUDVVELLI dogmata laudet,
Ingenio perspecta Tuo? Themis ipsa loquatur.
Nec satis hoc: peregras alio sub sole calentes
Terras, Belgarum celeberrima tecta potentum
Visere cura fuit, varios cognoscere mores.
Quæ dotis, vel quæ COLLATIO justa BONORUM,
Ne lites ducant, sed mutua foedera jungant
Heredes, similes nectat concordia mentes;
An studii sumtus deceat conferre vicissim,

Gna.



Gnaviter & graviter dicis. Tibi Gloria laudem
Ac Doctorales confert & spondet honores.
In Cathedrâ quum Tu Venerandus DOCTOR orabis,
Tecum gaudebit DOCTRIN nova, Sponsa Venusta!

*Debiti Honoris & Amoris μνημόσυνον
Amico suo estimatissimo Noribergâ
discessurus relinquit*

M. Joh. Martinus Brendel, Φιλίατε &
P. L. C. Promotus.

Clarissimo VIRO

DN. G. C. WALTHERO, J. U. Candidato
dignissimo Amico colendo: de Col-
lationum materia solenniter
disputanti:

*Difficilem dum materiã, Walthere, resolvis,
Sicq̃, sacre Themidos florida rura colis:
Afficitur meritò labor hic Doctoris honore,
nec non ipsa Themis præmia plura dabit.
Laudibus hinc Patriam poteris complere beat⁹
dotibus ingenii, consiliisq̃, tuis.
Tu fruerere ergò tuis meritis, mox rubra galeri
tegmina quæ dantur, grator ego ex animo,
Et repeto votum sincero pectore: letus
Conjugioq̃, tuo vela secunda precor.*

*Hiscæ sincerum affectum testari voluit
Paulus Würffel.*

Was nützes Werther Herr / daß mein geringer Kiel
 Zu zeichnen willens ist sein frohes Steges Ziel?
 Ist doch sein fester fleiß den Sphären wenderinnen
 Vor langer zeit bekant; Sein edles Kunst-Beginnen
 gelanget Himmel-hoch; Sein Ruhm ist schon gestiftet
 auff hohen Caucasus durch diese Meister-Schrifft.
 Wohl Ihm! der Himmel lacht auff Ihn von oben nieder.
 Der süsse Rosen-West benehet sein gefieder.
 Wir sehen / wie bereit der wohl-begründte Strauß
 Der hohen Wissenschaft an Ihm geschlagen auß.
 Die Tugend nimbt die frucht aus seinem klugen haaren/
 Daß sich der grosse Ruhm weiß Weislich an zu paaren.
 Die Väter vnser Kunst die sehen dieses schon/
 Und wollen nach der Schrifft Ihm geben solchen Lohn
 Den Er dadurch verdient. Die Pognitz ruffet Glücke
 Herr Walthern Ihren Sohn zu diesem Meister-Stücke/
 Dasselbe setzet Ihm die Doctors-Hauben auff/
 Glück zu! der Brautigams-Kranz der schiebet sich artlich drauff.
Christian Adolph Balduin.


Gratulor ipse tibi, de captis, fautor amice,
 Ut tibi succedant omnia fausta precor:
 Gratulor, atq; tuos conatus laudo probosq;
 Fata tuis studijs prosperiora precor;
 Det Deus, hic honor ut magno sudore paratus,
 Fructu sperato teq; tuosq; beet,
 Atq; tibi eveniant, & crescant maximi honores,
 Fama tua & volitet, doctaper ora virum!

J H G C.

FINIS.







00 A 6412

ULB Halle 3
002 916 525




Sb,

R

DM







~~30~~ 29

D. O. M. A.

Authoritate & Decreto Amplissimi
Ordinis Juris Consultorum in
Incluta Noribergensium
Universitate

THESES HASCE

DE

COLLATIONE BONORVM

pro DOCTORATUS gradu in
*Uiroque Jure conse-
quendo*

*Publicè discutiendas
proponit*

GEORG-CHRISTOPHORUS WALTHER,
NORIBERGENSIS.

ad d. Junij

ANNO CHRISTI
1722

ALTDORPHI
LITERIS HAGENIANIS,

